

Johann Bacmeister

**Ad exsequias funebres quas ... Vir, Dn. Iustus Zinzerlingius I.U. Doctor ... filiolae, Agnetulae paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat & rogat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136392>

Druck Freier  Zugang



Ad exsequias funebres

quas

*Clarissimus & Consultissimus Vir,*

**DN. JUSTUS ZINZERLINGIUS**

**J. U. Doctor & Judicij provincialis**

*Affessor dignissimus,*

*Desideratissima sua filiola,*

**AGNETULA**

paratas cupit,

*Omnes omnium ordinum cives Academicos*

*officiosè & amanter invitat & rogat,*

**RECTOR**

**ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS**

**JOANNES BACMEISTERUS,**

*Phil. & Med. Doct. ac Professor,*



**ROSTOCHI**

Typis PEDANIANIS,

**ANNO clb l<sup>o</sup> CXXVI.**

*LB FP Zinzerling, Agneta 1626*





RECTOR

ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS,

JOANNES  
BACMEISTERUS,

Phil. & Med. D. ac

Professor.



Um id tantum longior  
vita nobis adferat, ut plu-  
ra mala, tum videamus,  
tum patiamur, tum verò  
ipfi perpetremus; gratu-  
landum sanè est infanti-  
bus, qui in ipso vitæ exordio, vel paulò post  
in flore ætatis, necdum gustata mundi ma-  
litiæ & perfidiæ, nec onerati tristibus deli-  
ctis, cito ex peccandi periculis, in non pec-  
candi securitatem transferuntur. Purissi-  
ma



ma enim & optima pars generis humani, &  
feminarium ac flos Ecclesiæ DEI præci-  
puus, sunt infantes, Christo per baptismum  
oblati & inserti; de quibus Christus ipse  
affirmat, talium esse regnum cœlorum, &  
non esse voluntatem patris cœlestis, ut u-  
nus de parvulis istis pereat. Itaq; verè &  
graviter Prudentius ad infantes, qui primi  
Christum ex virgine natum suo sanguine  
confessi sunt, oratione directa canit:

*Salvete flores martyrum,*  
*Quos lucis ipse in limine*  
*Christi insecutor sustulit,*  
*Cœtu turbo nascentes rosas:*  
*Vos prima Christi victima,*  
*Grege immolatorum tener*  
*Aram antè & ipsam simplices,*  
*Palmâ & coronis luditis.*

Inter hosce sanctorum infantum flores  
meritò referenda est Clarissimi ac Doctis-  
simi viri, Dn. JUSTI ZINZERLINGII,  
J. U. Doctoris, & Philologi eximij, Judicij  
provincialis in hac nostra Megapoli Assessoris  
dignissimi, ac AGNETÆ HANIAE,  
filiola suavissima, AGNETULA, matri  
A 2 caris-



carissimæ *ἡμῶν* quam Deus opt. max. suo  
beneplacito 23. hujus mensis horâ 4. ve-  
spertinâ ex tempestuoso hoc mundi pela-  
go, in æternum felicitatis æternæ portum  
in ipsis agnatæ suæ dilectissimæ URSU-  
LAE à GEHREN festivitibus nuptiali-  
bus, non sine gravissimo optimorum pa-  
rentum dolore, transstulit. Nata est au-  
tem piè defuncta virguncula 20. Maij Anno  
1622. à prædictis Clarissimis & primariæ  
notæ parentibus, ex præclarissimis & cele-  
berrimis familijs originem ducentibus.  
Avum n. paternum habuit M. MICHA-  
ELEM ZINZERLINGIUM, Ecclesiæ  
Eschenbergensis primò ad triennium, de-  
inde Tüngedanæ in quadragesimum ter-  
tium annum Pastorem, mense Septembri  
proximè præteriti anni vitâ functum.  
Proavum M. JOANNEM ZINZERLIN-  
GIUM, VVangenheimensis Ecclesiæ Pa-  
storem, totiusq; diœceseos Superintenden-  
tem in quinquagesimum primum annum,  
ab ipso beatissimæ recordationis Martino  
Luthero & Bugenhagio ad ministerium  
Eccle-



Ecclesiasticum ordinatum. Aviam pater-  
nam JUSTINAM viri Clarissimi JUSTI  
LUDOVICI BRYSMANNI,  
Polyhistoris, & Græcarum litterarum, Ora-  
toricæq; facultatis, in illustri Academia Sa-  
lanâ Professoris olim celeberrimi, filiam:  
qui propter singularem eruditionem, vitæ  
innocentiam, morumq; gravitatem adhuc  
famâ superstitem, formandis studijs Illu-  
strissimi ac Celsissimi Principis ac Domini,  
Dn. FRIDERICI VVILHELMI, Ducis  
Saxonix &c. ad aliquot annos præfectus,  
post professioni pristinx fuit restitutus.  
Maternam originem quod spectat, avum  
habuit piè defuncta Dn. BERNHARDUM  
HANUUM virum in hac urbe patritium,  
nostriq; ordinis fautorem nō postremum:  
aviam ELISABETHAM CLINGIAM,  
Præstantissimi illius & Celeberrimi Juris-  
consultii Dn. BARTHOLOMAEI CLIN-  
GII, Professoris quondam ultra quinqu-  
aginta annos, hujus nostræ Academix me-  
ritissimi, & MARGARITAE KRONIAE,  
ex antiquissima KRONIORUM familiâ, quæ

A 3

cum



cum ipsa desit, ortæ, filiam. Ex tantis tam-  
que præclaris majoribus progenita, non  
potuit non optimis parentibus certam  
spem facere, ut majorum virtutes imitare-  
tur, & familijs hisce celeberrimis singula-  
ri esset ornamento. Hoc enim reticere nõ  
possumus, quod in tam tenella ætate pieta-  
tis scintillulæ non vulgariter enituerint,  
postquam ad preces à parentibus, imprimis  
à matre præeunte aslueta, plerumq; ultrò,  
etiam antequam trimula esset, ad eas faci-  
endas se stiterit, & veluti jure suo postularit,  
ne excluderetur ante & post cibum sum-  
ptum ab ijs recitandis. Longiori certè vita  
fuisset digna. Sed aliter visum illi,  
in cujus manibus vita salusq; nostra consi-  
stit, qui festinavit illam ex calamitoso hoc  
mundi ergastulo evocare. A prima infantia  
varijs ob noxia fuit morbis, quos tamen di-  
ligenti parentum cura, & commoda diæta,  
superasse aliquandiu visa fuit, donec ante  
semestre & quod excurrit, erratica febris, jã  
tertianæ jam quotidianæ indolem referen-  
te, corripereetur, quæ miserè eam exercuit.

Licet




Licet autem illius insultus per septimanas  
aliquot substiterint & cessarint, manlic  
nihilofecius internus hostis, naturalium  
nempe viscerum obstructio, & inde nata  
putredo, quæ novam eamq; vehementem  
febrem, cum lumbricorum proventu co-  
mitem habuit, undè jam antè tot morbis  
defatigatum tenellum corpus, penitus pro-  
stratum fuit & succubuit. Cum verò divi-  
nitus insitæ sint pectori humano *σπέραι Πυρρῆ*  
non dubium est parentes *Φιλοσόφους* ob caris-  
simæ filiolæ præmaturum obitum, magno  
in mœrore & luctu versari: nihilominus  
tamen quoniam pro singulari sua pruden-  
tia norunt, in immutabili Dei Consilio &  
propitia volûtate sibi acquiescendum esse,  
meritò eidem laudem, honorem & gloriam  
tribuent, quod filiolam hanc suam placidè  
ex ærumnoso hoc & fragili hominum con-  
sortio evocarit, & sanctam ejus animulam,  
precioso sanguine filij sui redemptam, læ-  
tè exceperit, & se certa spe resurrectionis  
& vitæ æternæ, ubi corpora nostra rursus  
juncta animabus suis, & ab omni peccato

&



GK

& morte liberata, accipient vivū glorificata  
decus, cōsolabūtur. Cūq̄; aliud piē defunctæ  
filiolæ suæ mœstissimi parentes officiū præ-  
stare nequeant, quàm ut exuvias beatæ ani-  
mulæ, terræ omnium matri reddant, cōsti-  
tuere ipsi funus facere hodierno die hora 7.  
in æde Mariana, ad quod cohonestandum,  
ut omnes jurisdictioni nostræ subjecti fre-  
quentes interesse, & eo ipso condolentiam  
suam erga mœstissimos parentes, & singu-  
larem benevolentiam erga honestissimas  
familias, contestari, seq̄; & utrāq̄; republ.  
tām litterariam quàm civilem Deo pijs  
precibus commendare ne graventur, ro-  
gamus & hortamur.      Publ. P. 26. Maij  
Anno 1626.





Ecclesiasticum ordinatum. Aviam  
nam JUSTINAM viri Clarissimi  
LUDOVICI BRYSONIA  
Polyhistoris, & Græcarum litteraru  
toriarumq; facultatis, in illustri Acade  
lanâ Professoris olim celeberrimi  
qui propter singularem eruditione  
innocentiam, morumq; gravitate  
famâ superstitem, formandis stu  
diorumq; ac Celsissimi Principis ac  
Dn. FRIDERICI VVILHELM  
Saxoniarum &c. ad aliquot annos pro  
post professioni pristinae fuit re  
Maternam originem quod specta  
habuit piè defuncta Dn. BERNHA  
HANIIUM virum in hac urbe pa  
nostriq; ordinis fautorem nõ post  
aviam ELISABETHAM CLIN  
Præstantissimi illius & Celeberrim  
consultii Dn. BARTHOLOMAE  
GII, Professoris quondam ultra  
ginta annos, hujus nostræ Acade  
mitissimi, & MARGARITAE KRO  
ex antiquissima KRONIORUM fam

A 3

